



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 99. Rex ad placandum Maduanum Ducem Pontificii Legati opera usus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

## §. XCIX.

Sæcul. XVI.  
A. C. 1589.*Rex ad placandum Maduanum Ducem Pontificii Legati opera usus.*

Tandem Rex cunctis hisce tumultibus *Davil. l. 10.* vehementer territus Cardinalis Legati operam implorabat, ut hic de pace cum Maduano Comite ageret: at hic Dux omnis concordiae pacta respuens sese excusabat, eo quod Principi, qui post tot juramenta fidem publicam, ac ipsum jus gentium coram omnibus totius Regni Ordinibus violaverat, fidere haud valeat. His quoque addidit, quod Rex non nisi per astutiam inducias peteret, eo fine, ut nunc copiis, bellicque apparatu destitutus exercitum contrahendi spatium nancisceretur, proin Legati auctoritate indignum putabat, quod sese hujus negotii sibi demandati Ministrum exhibere vellet, cum ea res non nisi ad Religionis Catholicæ decrementum, & libertatis Ecclesiasticæ præjudicium tendere valeret: ea propter potius decisionem præstolaretur a Sede Apostolica, ad quam jamjam Legatio fuisset decreta, ut summus Pontifex de omnibus, quæ hucusque gesta essent, certior fieret.

Xx 3

§. C.